



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 33. Alexander Hierapoli pellitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.  
A. C. 435.

§. XXXIII.

*Alexander Hierapoli pellitur.*

c. 180. 181. **C**um ergo Alexandrum constaret inflexiblem, nihilominus Comes Di-

nysius, & Locumtenens ejus Titus rus ad eum scripsere, & amico anim hortabantur, ut Imperatoris mandato bediret, Concilio Ephesino se submittret, & cum Joanne Antiocheno commu nicaret; nisi faceret, cogi se, mand exequi, Ecclesia sua eum pellere, & in xilium amandare. Respondit Alexan der; jam pridem se ad persecutionen sustinendam animo comparatum; hoc unicum rogare, ut sine tumultu educe retur. Titus ad Lybianum, Euphratianæ Prætorem, scripsit, ut Alexandrum pelleret, si imperium respuere perseveraret, & ejus Sedis possessionem affe

c. 182. reret illi, quem Concilium Episcoporum ordinasset. Potestatem etiam faciebat utendi militum opera, qui in illa Civitate divertebant. *Si tibi, inquit: vires* *majores necessariæ sint, aut omnino nostra* *præsentia, id nobis indica, & veniemus.* Lybiano hoc mandatum, cum Imperatoris Epistola adjuncta, decima quinta Aprilis anno 435. redditum.

c. 183. c. 184. c. 185. Alexander sine mora obediit, & discessit, nec ullum dedit indicium, quod ægre Episcopatum relinqueret. At ve

ro

ro totam civitatem Hieropolitanam in-Sæculum V.  
gens confernatio invasit, omnes lacry- A. C. 435.  
mis madebant, resonabant plateæ cla-  
moribus lamentantium, eripi sibi Patrem,  
& Pastorem, qui se ab infantia erudiisset;  
Doctrinam, & vitæ Sanctitatem dilauda-  
bant, calamitatis ejus Auctores, ipsum-  
que Imperatorem criminabantur; clau-  
serunt Ecclesias, jamque omnia ad sedi-  
tionem spectabant, clamabantque furen-  
tes, sibi ipsis vim illatueros, nisi charissi-  
mus sibi Episcopus restitueretur. At  
Prætor Lybianus seditiosos cohibuit,  
jussit Ecclesias aperiri, & celebrari de  
more officia. Comiti Orientis, & Joani-  
ni Antiocheno omnia, quæ acciderant,  
per litteras indicavit, sicut & vota po-  
puli precesque, quas acclamando in Ec-  
clesia manifestaverat. Joannes Antio-  
chenus scripsit ad populum, omnem se  
movisse lapidem, ut Alexandrum ad sa-  
niora revocaret consilia, *At vero arro-  
gantia, inquit, & obstinatio, inexorabi-  
lem reddiderunt. Hodieque, si mentem  
mutet, promptissime ipsum recipiemus, &  
vobis reddere gaudebimus; si sponte in  
præcipitum irruat, nos coram Deo, &  
Hominibus, innoxii eximus.*

c. 186.

c. 188.

### §. XXXIV.

#### Nestorii Exitus.

Nestorius interea in suo Monasterio Conc. Ephes.  
prope p. 3. c. 45.